

Baguinus fausto poetae laureato Salutem

Quod sit meum de tua in hieronimum balbum egloga Iudicium clarissime vates exploras. Poteras alios multo me ad hanc rem peritissimos ad ciscere / qui et orationem latinam callent: et balbi apud parissios conuersationem experti sunt. Sed ne tibi absconditum faciam quod scencio: Si legem sequimur christianam proximo maledicere phibemur. nec lacestris licet couicio referre couicium. Paciencia enim sola est / in qua vera animi possessio reponit. In paciencia Inquit christus vna possidebitis aias vras. Verum quia sanctissimis interdum vris bilem incanduisse certuz est: non negauerim virtutis esse: detegere latentem facinorosi cuiuspiam hominis perfidiam: vt aduersus euz qui nos mendacio inquinauit nostram tueamur puritatem. et alios moneamus huiusmodi improborum communionem abstinere maxime si nullo videri dicte ardore flagramus. Quo te vicio facile fauste absolueris / que mansuetum semper esse modestuz cognoui. Et quidem ita iudicodum aduersus balbum tueris innocentiam multozum simul te integritate defendere. itaq; postq; ille parissios adiuir: blanditijs pimum et simulata mansuetudine in plurimozum amicitia surrepens: poematis opinione se notum extulit. Sed vt adulterini mores non diu se continent: ita ille simularissimus amicitie cultorze ros mox patefaciens mores erupit. Enim vero neminem non labefactauit oprobrijs etiam eozum qui sibi beneficentissimi extiterant. Tantaq; inuidia estuauit: vt aliozum reprehensione fama auspicatus omnium se eruditiozem putari laboriosissime infudauit. Nam qui poesim antea musasq; tantum incio professus fuisset: omnem ferme paruo post tempore disciplinam se interpretaturu iactauit. Quippe qui et instiniam digessi et non nullozum ex iure pontificio enucleationem audacissime magis q; prudenter asumpserit. Nec a sphere explanatione fidens sibi interpres temperauit. Adeo impudentissimus erat ignozarum sibi artium vsurpatoz. Addidit quoq; huic odiose ambitioni inqnatissimum si fame credit scelus. cuius nedigna incideret pena festinatissima anglos fuga petiuisse vulgatum est. Que omnia cum teneas memoriter z narres eleganter nichil amplificationis ad tua scripta subijciam. Que non modo hec de balbo: sed quecumq; te elucubrasse hactenus legi talia sunt que doctissimus quisq; non iniuria probet. Vale ex edibus nostris parissiacis xvi Septembris anno salutis. AD. cccc. nonagesimo quarto.

C Faustus de Influentia Syderum: Et querela Parrhisiensis pauimenti.



Handlin' der Knecht

Handlin' der Knecht
Handlin' der Knecht
Handlin' der Knecht
Handlin' der Knecht
Handlin' der Knecht



Handlin' der Knecht
Handlin' der Knecht
Handlin' der Knecht
Handlin' der Knecht

Publii Fausti Andrelini

Fozoliuensis Poete laureati Ad Guillermu
Budeum Parrbisiensem patricium: greca/
et latina litteratura insignitum de Influentia
Syderu: et querela Parrbisiensis pauimenti
Carmen.

Quis neget ex solo demissos sydere fluxus?
Dataq; diuersis subdita queq; polis?
Nonne supercilium latia stat fronte scuerum?
Et danao leuitas corde superba tumet?
Nonne vides variis indutos pellibus aphros?
Et gallis pigrum mentibus ingenium?
Quis nisi crudelis colchoo natus in orbe?
Nec timidis vacuum gentibus argos erit.
An rude thebana pectus regione videbis?
Gaudentemq; mera simplicitate syrum?
Cur flaua ingentes iactat germania partus?
Et contracta minor bethycus ossa gerit?
Unde coloratis obscurior india mauris?
Et discors vario lingua sub ore sonat?
Luxus et eneruans phrygios effeminat artus
Ebiat arctoas sedula mensa plagas.

Incola quem primis oriens erobet ab annis.

Sortita est genium quelibet ora suum.

Ille nec externum quis translatus ad astrum:

Exhibita totus sorte minutus erit.

Tempora: si queras: redeuntis quattuor anni:

Uersus significat phebuis ab orbe facit.

Adde quod humanis septenus fetibus erro

Omnia vitalis munera prestat opis.

Longelat humenti semen matrice repostum

Qui riget horrenti falcifer ore deus.

Funditur ex ipso compacta in membra tonante

Prænaque nutritor spiritus illa fouet.

Sanguis et ardenti subtilis Marte creatur:

Præfixaque humor sede coactus inest.

Martium accipiunt crescentia corda calorem

Et tepido vegetum sole renidet epar.

Afflatur facies paphio concinna decore:

Factaque sunt membris organa digna suis:

Hinc et forma manet ridenti a scripta dione

Quam sequitur triplicis gratia iuncta dec.

Nulla quidem forma est: adsit nisi grata venustas:

Debit enim quam Venus ipsa suo.

Spirantiq; aptat linguam cum nare disertam:

Pleias ex summo quem Ioue maia tulit.

Unde gerit torto virgam serpente volutam.

Aerios volucer qua secat ille notos.

Quaq; animas stygiis detrusas euocat vndis.

Sparsus et aufertur membra per egra sopor.

Scilicet offensa est promptę vebementia lingue:

Ut bene prudenti recta sit illa manu.

Summaq; pandantur sensu tranata sagaci

Et data patrato pena sit apta malo.

Integer et superam cętus tollatur in arcem

Sedeturq; vski sanguinis ira fremens.

Et posito segnis torpore impulsus honestum

Accinctę officium sedulitatis agat

Et formata suo distinguens limite membra

Septima perfecto luna sub orbem icat.

Editus est illo victurus tempore partus

Mata sed octauo pignora mense cadunt.

Rursus obest frigenſ saturni ſtella maligni
At nono ſoboles menſe ſalubris erit.
Nam calidi ſeruens martiſ quem temperat aſtrum
Cum rigida gelidi frigiditate ſeniſ.
Ipſe ſalutares dominans fert iuppiter ortus
Tanta eſt aſtrigeri viſ manifeſta poli.
Hinc caput humanum phryceo ſubditur hyrcō.
Lunctaq; ſydonio colla toroſa boui
Brachia ledęiſ deſenſa laconibus extant:
Deditaq; inflammans pectora cancer habet
Et ſcapula inſurgit nemeęo amplexa leone.
Illia et icarea virgine fota valent.
Equali cluniſ libra ſuſpenſa tenetur:
Excitat impellens ſcorpuiſ inguen iners.
Et femora hemoniſ ſeruantur tuta ſagittis
Et genua egloceroſ curua niuoſuſ amat.
Urniger et teneriſ ganymedeſ cruribus inſtat
Seruat et illeſoſ piſciſ vterq; pedeſ.
Quin amorex ipſo veruſ deſcendit olympto
Pectore cui valido forma viriliſ ineſt.

Illius et nullo caput est velamine tectum
Et splendet compta luxuriatq; coma
Ipsa autem facies iuuenilem induta figuram
Tecta q; sunt viridi candida membra toga
Huius pallenti vitam cum morte notatam
Symbria suprema margine scripta gerit
Atq; estas prima nudata in fronte calescit
Aspera q; vrenti frigore sequit hyems,
Et medio auratis detecto in corde figuris
Stant prope phydica sculpta proculq; manu
Abstrica sed ficta sub ymagine sensa recludam
Sentibus vt crassis nota poesis eat.
Scilicet illa scatet figmento ignota iocoso
Ossibus in mediis vera medulla latet.
Et velut esca iuuat dulci condita sapore
Atq; ipsa maior fronte recessus adest
Ne te igitur lector suspensum grate moremur
Hec est moratq; fabula plena rei.
Ut forti mansura viro constantia regnat
Sic firmo verax robore durat amor.

Subdola ne tacita secreta in mente recondit
Ostenditq; animi conscia signa sui.
Crescit et ut iuuenis prima lanugine tinctus
Et vernans picto ceu viret herba solo.
Sanguis et etherea spirans dum vesctur aura
Et nunq; fato preueniente cadit.
Aduersaq; vnum dextraq; in sorte tenorem
Et quouis ceptum tempore pergit opus.
Et gerit absentis curam presentis et equam
Fausino talis pectore regnat amor.
Ut dilecta pio sileatur turba poete
Turba verecundo castior hyppolito
Guillermus graio madidus fluctuq; latino
Doctus ab experto testis amore probat.
Totaq; non vno variata est sydere tellus
Pulchrior et fetu est illa vel illa suo.
Ecce ferax claret felici media malo
Abollia seritia vellera pexa manu
Et nigrum solis hebenum portatur ab indis
Perq; arabum floret myrrhina virganemus.

Iudeo erudant redolentia balsama ligno:

Et data sunt sacris thura sabæa focus.

Optima flavescent lybicos frumenta peragros.

Bacchica lesbous munera palmes agit.

Præna damascenis veniunt medicantia campis

Raraq; piceno surgit oliua iugo.

Sentit et aeris latum cum tractibus equor.

Quid valeat supero missus ab axe fauor.

Manq; narat melior siculo murena profundo:

Et mysenea mollis echinus aqua:

Ostrea cyrceo præstant rutupina sapor.

Hostia mutandus pontica thynnus habet.

Gratior est rupes misit quem coesica mulus.

Unus aquitanæ salmo probatur aquæ.

Sinescis græca volucris transueta carina

Hæc primum a solo phaside nota fuit.

Alexander niueo sinuosus olore superbit.

Nobilis hac ipsa myncius erit at aue.

Unicus eoophenix renouatur in orbe.

Thyset egypto sacra colente volat:

Inferiora vigent rebus moderata supernis

Omniparens summa quas deus arte tulit.

Hic etenim a prima fabricator origine iussit

Influat ut vires singula stella datas.

Non tamen humano dempta est ex iure potestas

Ne vacet arbitrio libera vita suo.

Sed iuuat ut felix genialem horoscopus horam

Et det presentis sydera dextra poli.

Heu mea sunt stellis saxa infelicibus orta

Saxa profanatos inter habenda dies.

Eccenitent paruis constructa palatia saxis:

Et stat marmorea sculptus in eade deus.

Ast ego continuo turbe pede calco euntis

Et curru infelix preterunte teror.

Et iactam ex altis vanam poto fenestris

Abingit et in media sexus uterque via.

Undique merda fluit puerozum infecta cacantum

Et ventripateo spurca latrina graui.

Stercora quinetiam breuibus resoluta cucullis

In non tergendam deiciuntur humum.

Suauior vt fiat triplici mixtura sapore
Immundum effundit lota culina situm.
Principio ignarus solum putat aduena cenum
Et damnat multo sordida strata luto.
Clamat et o verum sortita lucteria nomen
q̄ bene sunt fame congrua facta tue.
Ut fuit incedens vrina aspersus olenti
Turpia barbarici deuouet acta modi.
Ardolas naso sordes cum sensu acuto
Utraq̄ compressa est naris operta manu.
Nauscat infelix cetu derisus ab omni
Dulcia cui putens cinnama stercus olet.
q̄ longa immutant cunctas commercia gentes.
Ille idem spurca spurcio: vrbe venit:
Femina cum longo mingens symphone susurrat
Deucalionee precipitantur aque
Et metuo tellus fluctu sit mersa profundo
Horrendisq̄ tremens motibus i. la ruat
Quid vesimi memorem fumū er'balātis opacum?
Crebra quid extincti marcida membra canis?

Maiores et inferitur miseris iniuria saxi:
Et minor illato est nostra querela malo.
Stentorea obtundunt clamantes voce sophystę:
Dum leuibus nugis tempora vana terunt.
Postq̃ rira silet de lana exhausta caprina:
Fetorem oq̃tum micta mephytis habet.
q̃ mallet inferni tetrum phlegetontis odorem.
Sentire ac stygio sulphura missa lacu
Exuperat reliquas vana sophystica sores:
Sed magis infana garrulitate premoz.
Omnia tam vasto franguntur saxa boatu:
Et fex in nostros defluit alta sinus.
Si verbosa tacet clamosi turba sophystę:
Fata seram sortis qualiacundę mee.

Parribisus a Euidone mercatoris In campo
Galliaro Impressu Anno a natali chistiano
AD. cccc. lxxxvi. sex uo Maias.